

Is ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituire non potest.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. c. 2. de statu et qual. in 1. Compil. c. sub Alex. III. c. 8.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, ET ECCLESIE NON VACANTIS.

TITULUS VIII.

I. GELASIVS Papa ad Romanos. [c. an. 495.]

Institutus scienter in beneficium vivens, deponendus est.

Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. c. 2. de statu et qual. in 1. Compil. c. sub Alex. III. c. 8.

II. EX CONCILIO Lateranen. [an. 1179. Romæ.]

Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent: Et cian vacaverint, concedi debent intra sex menses: quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum, Et contra, denum ad proximum Superiorem devolvitur collatio.

Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. c. 2. de statu et qual. in 1. Compil. c. sub Alex. III. c. 8.

Nulla Ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia vel Ecclesiæ tribuantur alicui, seu promittantur antequam vacent: ne desiderare quis mortem proximi videatur: in cuius locum & beneficium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus Gentilium invenitur inhibendum, turpe est, & Divini plenum animadversione iudicium, si locum in Ecclesia Dei futuræ successione expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt. Cum vero Præbendas Ecclesiasticas, que quælibet officia in aliqua Ecclesia vacare contingunt, non diu maneant in suspensio, sed intra sex menses personis, que dignè administrare valeant, conferantur. Si autem Episcopus ubi ad eum spectat, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur. Quod si ad Capitulum pertinerit, & intra præscriptum terminum non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc cum religioforum virorum consilio exequatur. Vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat.

III. ALEXANDER III. Eboracen. Archiepiscopo. [c. an. 1180. Romæ in Angliam.]

Beneficia vacantia conferuntur non obstante appellatione illorum quibus promissa fuerant ante, quam vacarent.

Cap. 39. eod. tit. de appell. in 1. Compil. c. post Conc. Lat. p. 47. c. 7.

IV. INNOCENTIVS III. Præposito & Capitulo Cameracen. [c. an. 1210. Romæ in Belgium.]

Si scribitur ei, ad quem spectat collatio, dato executori ad providendum, per præsentationem literarum collatori factam officium præbendæ: ita quod collatio alteri facta non tenet. Hoc dicit secundum verum intellectum. vide c. si Capitulo. eod. tit. in vi.

Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. c. 2. de statu et qual. in 1. Compil. c. sub Alex. III. c. 8.

Propositus nobis T. Presbyter, quod cum C. Papa præ. noster pro receptione ipsius in fratrem, & assignatione præbendæ ad donationem vestram spectantis in Ecclesia vestra proximo vacatura mandatum Apostolicum vobis destinasset, Decano Remensi executor concessio. Decanus ipse vos contumaces inveniens, ipsum de præbenda primò vacatura in Ecclesia vestra, que ad donationem Capituli pertinet, auctoritate Apostolica investivit: [Et infra a.] Sed cum præbenda que ad donationem vestram spectabat in Ecclesia Cameracen. vacasset, eam alii assignavit: [Et infra b.] Idem, autem, præd. no. quod ab eodem Decano factum fuerat, ratum volens haberi, collationem præbendæ factam à vobis penitus irritavit, & eum de ipsa per anulum investivit. Licet autem intentionis nostre non sit investituræ de vacaturis factas contra Canonum instituta ratas habere, qui secundum plenitudinem potestatis de iure postumus supra jus dispensare, attendentes tamen quod idem Presbyter non de vacatura, sed de vacante per præd. no. fuit investitus, utpote que post eaditionem concessionis à vobis factæ intelligebatur vacare: mandamus, quatenus amoto ab ea præbenda

De hoc articulo, vide Felinum in c. postulat. infra De re. script. vest. quartus casus. Adde notas huius loci quibus declaratur glossa in verbo dispensare.

quolibet detentore, eam ipsi cum plenitudine honoris Canonici assignetis.

Sed cum ipse Decanus morte præventus, in negotio ipso ulterius non potuisset procedere. [Et infra a.] Cum autem propter hoc idem Presbyter ad ejsdem præbendæ nostræ presentiam accessisset, sicut ex literis eius nobis innotuit.

PITH. De iure. Cap. 4. infra de donatione.

V. IDEM P. sanctæ M. in Via lata Diac. Car. Apost. Se. Leg. [c. an. 1210. Romæ.]

Semestre ad eligendum seu conferendum à iure præfixum non currit legitime impedito, nec incipit currere, nisi à die notitiæ vacationis. Hoc dicit. Et est textus multum allegabilis & quotidianus.

Quia diversitatem corporum, diversitas sæpè sequitur animorum: [Et infra a.] Conqueratur inter cetera tit. in 111. Eboracen. Archiepiscopo quod cum ad eum in Ecclesia Eboracen. & aliis suis Ecclesiis collatio pertinet præbendarum, tempore suspensionis ipsius, & postmodum etiam quidam præter ejus auctoritatem se intruderunt in ipsas: [Et infra b.] Mandamus, quatenus eos, qui præbendas vel dignitates Ecclesiæ Eboracen. vel aliarum ad donationem ejus spectantes præter auctoritatem acceperunt, ipsius, ad eas religandas monitione præmissa per excommunicationis sententiam & subtractionem aliorum beneficiorum non obstante confirmatione à Sede Apost. obtemperare solent, quæ confirmat beneficia & præbendas, sicut iuste & pacificè possidentur; appell. re. compellas: Nisi forte aliqui ea vel speciali mandato Apo. Se. vel auctoritate Lateranen. Concilii ab Eboracen. Capitulo sunt adepti: Sic tamen, ut tempus suspensionis in sex menses nullatenus computetur: cum illa Lateranen. Concil. constitutio contra negligentes tantum fuerit promulgata: & tunc si voluerit, non tamen valuerit Archiepiscopus ipse in conferendis præbendis uti propria potestate: à qua & si fuerit sua culpa suspensus, non tamen ad ipsum Capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio devoluta: sed ad illum tempore suspensionis illius, præbendarum donatio pertinebat, qui præter ejus desidiam & negligentiam poterat præbendas donare. Tempus etiam quo ad Apost. Sed. accessit, & apud illum permanit, vel recellit ab illa, intra sex menses nullatenus computetur. Semestre autem tempus non à tempore vacationis præbendarum, sed notitiæ ipsius potius volumus computari.

Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. c. 2. de statu et qual. in 1. Compil. c. sub Alex. III. c. 8.

Ne plenitudo Ecclesiasticæ jurisdictionis in plures dispensata visceret, sed in uno potius collata vigeret, Apost. Sed. Dominus in beato Petro intervarum Ecclesiarum & civitatum Christi fidelium magistrum contulit Et primatum: que retenta sibi plenitudine potestatis ad implendum laudabilis officium pastorale, quod in omnibus iam constituit eam debitorum, multos in partem sollicitudinis convocavit, sic suam dispensans omnes & honorem in alios, ut nihil suo juri subtraheret, nec jurisdictionem suam in aliquo minoraret. Cum autem ex susceptæ auctoritatis officio tam singulis quam singulorum mater iusta petentibus, justitiam nec posse nec debeat denegare: cum justitia & iudicium sit preparatio sedis ejus: nos qui ad ejus regimen sumus, licet immeriti vel insufficienter assumpti, fratres & Coepiscopi nostris ad nos clamantibus non possumus in justitia non adesse, aut quod iuste postulaverint non audire, ne si forte circa exhibendam eis justitiam fuerimus inveni remissi, ipsi quoque negligentes inveniuntur in reddendis vicibus subditorum, & commissam nostræ sollicitudinis partem minus laudabiliter exequantur, si forte quod obit nos viderint vel declinare à jure, vel non audire justitiam postulantes. Hac autem ratione diligenter inducitur, venientem ad Apost. Sed. ven. f. n. Eboracen. Archiepiscopo benigne recepimus, & multiplices curavimus ejus querelas audire. [Et infra a.] Et in hoc & in aliis juri ejus non modicum derogaverunt, quidam etiam in quosdam Abbatis diac. Eboracen. post interpositam ad nos appellationem irrepserunt, qui ab eo nec confirmationis munus nec benedictionis gratiam postularunt. Volentes igitur eidem Archiepiscopo per tuæ sollicitudinis industriam providere dis. v. per Apostolicam Sedem de fra. nostrorum con.]

PITH. Ne plenitudo, &c. Nota in editione Romana antiqua pag. 458. hac à Gregorio IX. omilla, jussu Gregorii XIII. addita & inserta fuisse pag. 487. Vide Gloss. Pragmat. Sanct. tit. de elect. §. licet in verb. referret.

VI. IDEM Basilien. Episcopo, & Abba. sanctæ Mariæ. [c. an. 1216. Romæ in Germaniam.]

Non valent litera ad beneficium impetrare, que de alterius colorata facti possessione non sacrum mentionem. Hoc dicit, secundum verum & communem intellectum. Et est textus multum allegabilis, & habet materiam quotidianam: Et tunc decimo multum subtilis.

Cum nostris fuerit olim auribus intimatum, quod Præpositura Ecclesiæ Laufen. tempore tanto vacasset, ut secundum statuta Lateranen. Concil. ad nos esset ejusdem donatio devoluta: Episcopo & Canonicis Laufen. mandavimus, ut Præposituram ipsam Theaurario Laufen. confer-

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

rent, quibusdam super hoc Executoribus deputatis: Et infra. Verum præfati Episcopus & Canonici literis receptis Præposituram prædictam non vacare dixerunt, quia licet ille, qui præpositus fuerat, in Episcopum fuisse assumptus, ad ipsam tamen Præposituram post consecrationem suam denud fuerat ab ipsis Canonicis electus, & eam sicut antea possidebat. Quod dicit executoribus dicentes contrarium esse juri, ipsam Præposituram de jure vacantem auct. Apost. præfati Theaurario assignarunt: [Et infra a.] Auditor igitur super hoc datus à nobis, de mandato nostro decrevit, ut quod à memoratis Executoribus factum fuerat obtentu literarum nostrarum, eò quod per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerat impetrata, cum Præpositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet facti, quam juris, haberetur irritum & inane. Nos verò sententiam ejusdem ratam habentes, mandamus, quatenus nisi prædictus Episcopus sufficienter ostenderit, quod vel ex indulgentia Sed. Apost. special. vel ex alia justa causa & necessaria sibi post consecrationem suam Præpositura concessa fuerit memorata, ipsam ad resignationem ipsius, si spontè noluerit, compellat. Deinde Laufen. Capitulum ad conferendam eam Theaurario supradicto diligentius inducere procuretis.

In cuius presentia cum prædicta & alia fuissent per Nuncium Subdiaconi nostri relato, Nuncius partis adversæ proposuit, quod postquam Dominus Jussu Sedis. Episcopus, qui Præpositus fuerat Laufen. fuit in Episcopum consecratus, Laufen. Capitulum & Præposituram illam iterum concessit habendam, in hoc utilitatem Ecclesiæ sue necnon & antiquam consuetudinem attendentes. Episcopus Laufen. videns eum plurimum uti & necessarium Ecclesiæ sue, quod à Canonicis suis factum fuerat super hoc approbat: cui tanquam Præposito à Canonicis, etiam Theaurario ejus honor impendit. Memoratus verò Theaurarius postmodum ad Ecclesiam Ro. accedens, & super omnia que tam fuerat ab Episcopo quam à Canonicis acta nobis Præposituram illam vacare suggesse; quare super assignanda Præpositura sibi literis impetravit à nobis, quas nullis ex causis, proponebat esse per veri suppressionem & falsi suggestionem obtentis: nuncius pro parte d. sui Sedem. utilitatem, necessitatem, consuetudinem allegans, que Theaurarius suppresserat. Contra verò partis adversæ nuncius proponebat, & vacante Theaurario Laufen. auct. Superioris ad quem fuerat secundum statuta Conc. Lateran. donatio devoluta, concessam: ratione in super multiplici monstrare conabatur, quod dicitur Sedem. Episcopus ad Præposituram Laufen. à qua fuerat ad regimen Episcopatus assumptus, post consecrationem suam minime eligi potuisset, cum super hoc et sacrorum Canonum instituta repugnaret. dicebat etiam Præposituram illam alta ratione vacare, eò quod illi quorum erat donatio, eam assumpto in Episcopum concedere præsumpserunt, contra secundum statuta Concilii prædicti, qui receperit, debeat quod contra sacros. Canones accepit antea: & qui dedit, largiendi potestate privari. Offendebat etiam multis assertoribus quod pro ipso Sedem. Episcopo utilitas, consuetudo & necessitas quas Nuncius ejus in causâ sue jurisdictionis allegabat, minime faciebant: cum hæc potius mendicata suffragia, quam iure casus vera substantia videantur. Unde Nuncius ejus petebat ut quod à supradictis iudicibus factum fuerat obtentu literarum nostrarum dignaretur auct. Ap. confirmare, & ab ipsa Præpositura d. Sedem. Episcopum amoveret.]

PITH. Basilien. V. C. Addit & Bellicenti Episcopi.

Abba. sanctæ Mariæ. Sanctæ Martiæ. fortè Sancti Mauricii Sedun. Diocesi.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

VII. IDEM Archid. Richemundia. [c. an. 1210. Romæ in Angliam.]

Ubi constat beneficium collatum per habentem potestatem, per exceptionem abjurationalis & renunciationis, non debet possessio retardari.

Post electionem & confirmationem Episcopi Elien. vacante Archidiaconatu Richemundia, quem tenuerat, Eboracen. Archiepiscopus eum tibi propria liberalitate concessit, dans Eboracen. Capitulo in mandatis, ut te in Archidiaconum recipere procuraret: cuius noluerunt mandato parere: quia præd. no. inter alia, quæ Decano & Capitulo Eboracen. suo privilegio noluerunt indulgisse, ordinationem Canonorum seu Personarum liberam esse decrevit, ut videlicet idonea & honesta persona, cui Archiepiscopus vacante in Ecclesia Ebor. præbendam vel dignitatem duxerit & conferendam, secundum antiquam ipsius Ecclesiæ consuetudinem præsentaret Decano & Capitulo supradictis: Et infra. Si quis contra consuetudinem hujusmodi in Ecclesia ipsa esset per alium introductus, nec per Personam, nec pro Canonico haberetur. Quod si Archiepiscopus intra terminum idonee non conferret, formam præscriptam persone idonee non conferret, Decano & Capitulo aucto. Apost. juxta ejsdem Concil. statuta confertur. Cum igitur in literis Archiepiscopi directis Capitulo Decano mentio nullatenus haberetur, per cuius manum debebas in Capitulo investiri, ejus mandato extitit contradictum: Et infra. Ipsi igitur institutione propter præmissas rationes à Capitulo reprobata, ipsi intelligentes Archidiaconatus donationem ad eos, tam

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

aucto. Lateran. Concil. quàm indulti sibi privilegii devolutam, R. de sancto Cadmundo illum unanimiter contulerunt, investientes eundem de ipso, & solenniter installantes. Processu verò temporis præfatus Archiepiscopus post resignationem & abjuracionem à te factam, & receptam ab ipso, eidem R. Archidiaconatum contulit antedictum: qui Archidiaconatum ipsum, tam ratione primæ, quam secundæ concessionis, sibi assignatum, per Sed. Apostol. petit confirmari: [Et infra a.] Quoniam constitit nobis Archidiaconatum prædictum tibi per Eboracen. Archiepiscopum primitus fuisse concessum, & quod institutione facta per ipsum, secundum juris ordinem minime reprobata, Archidiaconatus non vacans non potuit nec debuit in alium ritè transferri: memorato R. qui contra justitiæ regulam in Archidiaconatum alterius proveri se consensit, super eo duximus silentium imponendum: sententialiter decernentes, ut institutio facta per Archiepiscopum de te fortiatu effectum. Exinde si super renunciatione, vel abjuracione, vel aliquo præmissorum aliquis, qui velit & valeat, adversus te quicquam duxerit proponendum, ordine poterit judicario experiri.

Ad cuius objectiones ex ordine taliter respondebas, quod licet Decani mentio in literis Archiepiscopi directis Capitulo expresse facta non esset, non tamen ob hoc exclusus videri poterat vel debebat. Adjectis præterea quod si etiam ea scilicet, per adversarium tamen tuum tibi obijci non poterant cum effectu, cui potius quod super ipso Archidiaconatu esset silentium imponendum, & approbata institutione tua tibi restituito facienda ex concessione partis adversæ, iudicio facta & sapienter repetita, ostendere nitentibus, ipse namque R. interrogatus in iure ex quo tempore Archidiaconatus Richemundia sibi per Capitulum fuerit assignatus, respondit quod circa festum Ascensionis proximum triennium compleverat. Cum igitur ex acta literarum nostrarum constaret Archiepiscopum apud Sed. Apost. constitutum, & in eis per nos antiquum jus fuerit declaratum, ut tempus quo ad Apost. Sed. accessit, apud illum permanisset, vel recessit ab ipsa non esset infra tempus sex mensium computandum: liquidum constare dicebat tempus illud Archiepiscopo minime concurrens, sed si etiam quadriennium effluxisset, sicut etiam prioris responsi, sed penitentem ultimo proposito pars adversa quod ex parte tua de jure peti dicebatur, licet illud non fuerit confirmatum præfatus impedimentis multiplicibus retardatus, interpretatio reservata nostri ad tempus etiam huius pertinere, cui postea præscripto nocere non poterat in exilio constituto.]

PITH. Idem. Magistro Honorio.

VIII. IDEM C. Canonico Tridentino. [c. an. 1210. Romæ in Lombardiam.]

Recepto in Canonico, tenetur Capitulum providere, quàm Tridentino. citò facultat se obruerit.

Um super questione Triden. Præbendæ: [Et infra a.] Cum autem constet te in Canonico Triden. Ecclesiæ fuisse receptum, licet receptionem tuam factam contra Lateran. Concil. pars adversa proponat, quia tamen probatum non extitit, nec ipsi Canonici videbantur tibi hoc opponere posse de jure, qui te fatentur te contra statuta præfati Concilii recepisse: Sententialiter decernimus, tibi, quàm citò te facultas obtulerit, Præbendale beneficium in Triden. Ecclesia conferatur: cum ex quo receptus es in Canonico, non debeas carere Præbenda.

Quæ vereretur inter te & Episcopum & Canonicos Triden. tu & procuratores partis alterius in nostra esset presentia constituti, vobis H. Car. dedimus Auditorem, eorum quo pro te fuit allegatum quod cum bo. me. O. Triden. Episcopus patris tuus ab Apost. Sed. reverjis, Triden. Canonico rogasset, ut te recepissent in Canonico, ipsi te receperunt, nulla primæ vel secundæ habita mentione, qui ab illo tempore usque nunc locum in Choro & Capitulo habuisti, & domos in ipsa Canonica tibi assignatas possidisti. Procuratores verò partis alterius respondebant quod cum in Triden. Eccl. certus sit Canonico numerus, nos ei mandavimus ut R. Subdiacatum in Canonico recipere.

PITH. C. Canonico Tridentino. Clarenonti Canonico Terdonensi, vel Stridonensi.

IX. IDEM Episcopo & Magistro P. Canonico Hildesensi. [c. an. 1210. Romæ in Bavariam.]

Si habens Præbendam, in eadem Ecclesia recipit dignitatem cum Præbenda, vel aliam Præbendam, vacat primæ: & quomvis à Superiore sibi confirmetur, tamen valet impetratio per alium facta de ipsa, etiam tacito de possessione alterius: quæ colorata non est. Hoc dicit, secundum verum intellectum. Panorm.

Iteras vestras accepimus, quod cum pro D. Clerico vobis scriperimus ut eum de Præbenda vacante sancti Unifardi Breman. quam dicebat ad donationem nostram fuisse juxta Lateranen. Concil. statuta devolutam, curaretis aucto. Apost. investire: [Et infra a.] De facto quod propositum coram nobis, quod H. Præpositus quondam simplex Canonico ejusdem Ecclesiæ de ipsa in majori Eccle-

Cap. 6. eod. tit. in 111. Compil. h. no. is legitur in antiq. & ita etiam habetur in antiq. Compil.

admundo. al. ita: exinde verò.

Cap. 6. eod. tit. in 111. Compil. h. no. is legitur in antiq. & ita etiam habetur in antiq. Compil.